



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

II. Die Markgrafen Otto und Konrad befreien dem Bischofe Hermann von Camin 13 Hufen zu Walmow von allen Abgaben, am 13. Januar 1283.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

Vermischte, vorzüglich Ukermärkische Urkunden.

- I. Gerhard und Johann, Grafen von Holstein, beschenken das Kloster Marienrode mit Zustimmung ihrer Erben, namentlich auch der Schwester Tochter des Grafen Gerhard, der Markgräfin Heilwig von Brandenburg, am 17. August 1272.

Gerardus et Johannes — comites holsfacie — cum communi consensu et bona voluntate heredum nostrorum, scilicet Lutgardis ducisse de Luneburg, Elyzabet, Comitissa de welpia, Gerardi, Adolphi, Heinrici, Alberti, filiorum nostrorum, tam presentium quam futurorum, Et de consensu heredum fratris nostri Johannis pie memorie, videlicet Heylewigis, vxoris domini Ottonis Marchionis, Agnete, vxoris domini de Rostocke, Adolphi, Alberti, et aliarum filiarum nostrarum, Heylewigis et Meychtildis, omnia bona, que Bertrammus miles de herboldissen a nobis in pignore tenuit — — vendidimus Abbati et conuentui noualis sancte Marie ordinis Cisterciensis apud Hildensem. — Datum in opido nostro Itzeho, Anno domini M^o CC^o LXXII^o, in quarta feria infra octauam beate uirginis Marie videlicet assumptionis.

Extract nach dem Abdruck der Urkunde in Pfessinger's Braunschweig-Lüneb. Historie II, 761. 762. Meibom, Script. rer. Germ. I, 539 und dem Urkundenbuch des hist. Vereins für Niedersachsen IV, 57, 58 — zum Ersatz für den Hauptth. II. B. I, S. 117 mitgetheilten mangelhaften Auszug dieser Urkunde.

- II. Die Markgrafen Otto und Konrad befreien dem Bischofe Hermann von Camin 13 Hufen zu Wasmow von allen Abgaben, am 13. Januar 1283.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Nos Otto et Conradus, D. G. Marchiones Brandenburgenses omnibus In perpetuum. Quoniam omnium habere memoriam potius est diuinitatis quam humanitatis, expedit, ut ea, que coram principibus aguntur, robur forciantur perpetue firmitatis. Hinc est quod lucere volumus uniuersis et singulis Cristi fidelibus tam presentis temporis

quam futuri, Quod nos venerabili domino Hermanno, Caminenfi Episcopo, confagwineo nostro dilecto, et ecclesie sue Caminenfi tredecim mansos sitos in villa Walmow dimisimus a qualibet exactione, petitione, jure, precaria liberos proprietatis titulo perhenniter possidendos, Renunciantes omni juri, quod in eisdem mansis dinoscimur habuisse, et in restaurum viginti talentorum, que prefato Episcopo et ecclesie sue dare annis singulis tenebamur. In cujus rei perpetuum testimonium et cautelam presentem paginam conferibi fecimus et Sigillorum nostrorum appensionibus communiri, adhibitis nichillominus testibus ydoneis, quorum nomina sunt hec: Bertramus de Bentz, Johannes de Steghelitz, Borco, Otto pincerna, Johannes de Molgin, milites, et quam plures alii fide digni. Actum et datum Torgelow, anno dominice incarnationis Millefimo ducentesimo octuagesimo tertio, idus (sic!) Januarii, per manum domini Johannis de Brunzwick, nostre curie notarii.

Nach einer vom Original genommenen Abschrift in Beckmann's Sammlung.

III. Die Markgrafen Otto und Konrad sichern, nach vorgenommener Vermessung der Feldmark des Städtchens Pozlow, ihm deren unverfümmerten Besitz und völlige Steuerfreiheit zu, am 3. October 1287.

In nomine domini Amen. Nos Otto et Conradus, Dei gratia Marchiones Brandenburgenses, Omnibus hanc litteram videntibus salutem in Domino sempiternam. Mutabilium temporum successus labilis frequenter gesta hominum duceret in irritum et innane, si non voce testium ydonea et litteris autenticis reciperent firmamentum. Notum facimus igitur univerlis per presentes, Quod cum nos in civitate pozlaw et in Campis ipsius mensuram fieri jussissemus, Burgenses eiusdem Civitatis dederunt et solverunt nobis triginta et octo marcas, quas accepimus, Quod Campi five mansi dicte Civitati adjacentes et universa infra metas five distinctiones ejusdem postea non debent nec debebunt a nobis seu a nostris successoribus ullo tempore distributionis funiculo — dimetiri. Debet etiam hec eadem Civitas, utpote in hunc diem existit, semper libera ab omni fore precaria et ab omni exactione — nec id debet ullatenus immutari. Predicimus preterea, Quod si filius Domini Hieronimi de Beentz quondam bone memorie, viam carnis, quod ablit, expleuerit, nihilominus dicta civitas libera ab omni precaria perpetuis temporibus permanebit, nec id, si ad nos predicta civitas venerit, immutabimus ullo modo. In horum siquidem evidens testimonium ac cautelam presentes fieri jussimus ac sigillorum nostrorum appensione communimus. Testes huius rei sunt Dominus Hinricus de Wildenhagen, Heyderus de Beentz et Dominus Johannes de Sparrenwalde et alii plures fide digni. Actum ac datum Prinzlaue, Anno Domini M^o CC^o LXXXVII^o, V^o Non. Octobris.

Nach einer vom Original genommenen Abschrift in Beckmann's Sammlung.